

957

P A T R I S T I C I

958

Codex:

*Larga sed indignis.
Huic obiectioni tue.
Videbantur cui scriberet.
Ut a doctioribus solum.
Nec parum dedit iudicii.*

Praeterea tota περιεχομένη: *Volo enim completo* — in capite praepositioni. in Editis interjecta est inter verba: *simul agnoscerent*, et: *te non ob aliam &c.* quam rectius cum Codice inde exemptam post verba: *facilius apprehendant*, collocabimus.

CCCCXIV.

U. 620 Codex membraneus lat. Sec. X. Folior. nunc 109. f. max. magnifice exaratus, Schematibus picturatis et minio illustris, quondam Monasterii antiquissimi *Brzewnoviensis O. S. B. in Bohemia*, unde *J. Alex. Brassicanus*; ut solebat,

Rex Regum Dominus Mundum Dicione Gubernans &c.

Declarationis: *O Christe Salvator Rex Regum &c.* Integerrimus primum Codex amputatam sibi improba forfice Figuram IV. et XV. dolet, ut videre est ad *fol. 18. et 44.* Lectionem non usque quaque laudem, licet sint quaedam, quae editionem *Colon. Opp. omn. 1626. T. I. emendent. Ita L. II. c. 27. p. 348. pro: et nova omnia perficias*, rectius *Noster: et nova omnia pacificas.*

Editio:

*Larga sed indignis.
Hujus obiectioni tuae.
Videbatur scriberet.
Ut a doctoribus solum.
Nec parum dedit iudicii.*

elicuit, a quo ad *Job. Fabrum Praefulem nostrum devolutus est*, complectitur *Magentii Rabani Mauri laboriosissimum Opus II. Libris constans de Laudibus S. Crucis*, quale *Vol. I. P. 1. col. 1024.* dedi. Absunt in Exemplo praesenti *Παρεργα* illa Poetica ibi indicata, statimque fit initium a *Figura Ludovici Imp. quam ejus Expositio*, et tum *Prologus* excipit. Nescio tamen, qui factum, ut haec omnia praecedat *Figura Operis nona* cum sua *Declaratione*, quae tamen iterum ordine suo *fol. 29.* rite recurrit. Initium Versuum *Figurae I.*

CCCCXV.

Codex chartaceus lat. Sec. XIV. U. 533
Folior. 146. 4. per duas angustas columnas scriptus et rubricis distinctus Sequentia complectitur: I. *Incipit liber de libero arbitrio*, seu, ut in calce explicatur, *Anselmi Cantuar. Archiep. de concordia Praescientie Predestinacionis et gratie dei cum libero arbitrio.* Ita nempe: *De tribus illis questionibus in quibus dei praescientie &c.* Ut in edit. *Paris. 1721. p. 123. f.*